
CENTRALE V. E. II

HISTORIA ILLVST. ROMANORVM A IANO VSQ. AD CAPTAM A GOTTHIS VRBEM IAMPRIDEM EDITA PER FR. THOMAM QVI VETERIBVS TANTVM EST AETATE INFERIOR.



Petrus Cursius Carpinetan⁹ R. in xpo. p. &. d. Carolo Rotario Epo mõtis Regalis Iulii. II. a secreto Cub.

QVinto kal. Martii Antistes dignissime (ut ii faciũt qui plus in lr̃is cupiũt q̃ ualẽt) apd̃ Impssorẽ recesserã. Quẽ cũ rogassem ecquẽ formis libellũ pxime excussisset, r̃ndit se opusculũ iã pene absoluisse: uerũ moleste ferre, q̄ id diu quęsitũ sine autoris prefatiõe & noĩe ab amico accepisset, & ita (ut posteriores cogitatiões sapiẽtiores esse solẽt im pressisset. Vna adduct⁹ rõne q̄ multis se cõsultu rat⁹, si historiã in qua Illust. Ro. gesta a Iano usq̃ ad ultĩa Honorii tpa sub unũ ueluti cõspectũ per stringerent, in publicũ daret: q̃n ante a suo emissa autore tã fuerit uẽdibilis, ut iã pridẽ nusq̃ uenalis reperiret. Rogatus itaq̃ oñderet, oñdit: legi: scrip torẽ cognoui: cogniti nomẽ dedi. Quo accepto sũ mope gauisus est: Neq̃ id illi sati fuit, quin me im pense rogauit ut Eplam p̄fationis loco apponerẽ. Ego p̄ no me id factu negaui: quũ q̄ aliq̃s inter le gẽdũ maculas offẽderã, tũ q̄ nõ cío ad lacteũ flori cãdorẽ aspirare uidebã. Semel enĩ de Phędro p̄cep tore audiui meo, Cui⁹ ĩcredibile in negotiis cõsiliũ & singlare in sũma eloquẽtia iudiciũ q nõ admirãt magis mihi cõsilii & iudicii uidẽt exptes, q̃ laudis alienę inimici, lr̃as itidẽ esse debere ut Sybaritanę olim mulieres: quę dũ lauarẽt, comerent, pingerẽt ãnus ẽet. Hoc addider̃ q aderãt Camill⁹ & capella

uel minimã Epistolã in musęo/ ueluti fœminas in suo Gynoeceo latere nouē annos malle q̃ sine mũditia/ ornatu/ & uenustate in hominũ oculos prodire: ut tãti uiri pronũtiare nõ dubitauerint lr̃as/ & mulieres pluris ornatũ facere q̃ lucem. Tandē tamen in eius sententiã inclinare cœpi: Primũ ne mihi ab amico tantũ rogato preces Iouis filię succenserent: Deinde quia nõ sine ip̃ius iactura reuocassem/ si ad absoluendũ libellũ quasi sponte currenti cursum interrupissē: Tũ qꝛ sciebã historiã quoquomõ scriptã & prodesse & delectare: magisqꝫ ad fidē & ueritatē (quę in hoc uisa est maxima) q̃ ad ostentationē esse inuentã: Postremo quod primũ esse debebat) quoniam si qua in re Thomas noster priscis cederet/ id erat xp̃iana historia pensandũ: ex qua multa strictim calculatoꝝ more qui ingentes rationes q̃ paucissimis calculis compręhendũt/ suis locis inseruit. Suscepi igitur negotiũ: & cũ multũ cogitauissem9 cui melius dicari posset Ep̃la/ de consilii sententia unus tu uisus es/ qui patronus optimus/ & tutissimus uindex & nostrũ & libelli esse posses: ut pote qui Sũmi atqꝫ omniũ Pontificũ Pontificis fœlicissimi/ a/ secreto Cubiculo sis/ neqꝫ unq̃ ab eius latere uel transuersum digitum recedas. Vnde nõ imerito tãtum apud eum gratia potes/ quantũ qui maxime. Et (quod prope diuinum est) in hac tanta tua fortuna/ quam (ut Sapiens) tibi fingis/ ita pari libra grauitatem comitate temperas/ ut duo hęc quæ

difficillime coeant: Tu cum ingēti admiratione & laude coniunxeris/ & cum dignitate & auctoritate plurimis excellas/ facilitate sis infimis par: & licet Pontifici intimus/ omnibus es sine inuidia gratissimus: ut dubitare debeat nemo Te uirtute maxime prestare/ In cuius fide is conquiescat: quem difficile sit iudicare utrū magis hostes timuerint/ an rup recepti populis uenerentur & diligant: Cuius uocis uniuersus Senatus assentiat: Reges obtemperēt Hostes prostrati pedes adorent: fortuna obsecūdet. Hęc me igitur ratio impulit/ ut tuo potius nemini has alienas lucubrationes (quando meas nequeā) dedicarem. Cum presertim mei mihi ad id uoluntas patroni non defuerit Erasmi dico/ qui tecum pariter dies noctesq; pro Iulio Secundo excubat/ ut eo iudicio uiuentiū omniū integerrimi: & in quos potest beneficentissimi: precipue (sic est quasi litterarum helluo) in achademicos: quem aliqui hunc alterum Mecoenatem experti sunt: dicerē multi quotidie experientur/ nisi de me ipso dicere uiderer: In quo nulla inuidia/ nullę simultates/ sed suæ tantum uirtuti cōfidit: ut mihi natura ipsa in hoc uno probitatem nulla forensi specie fucatam/ nulla infuscatam maliuosentia/ sed simplicem & sine ullo simulationis artificio fidelem/ expressisse uideatur. Quē adeo hic tacitū reliquissem/ ne ab iis qui eū minus norint gratia ductus dixisse hoc iudicarer/ nisi impii Clientis esse duxissem illum omnino preterire/

qui in priuata fortuna/ad Vaticanũ/suo ęre/a/fun
damentis/pulcherrimã diuę Catherinę ędem erexi
sset/ atq; ornasset. Superest te orem/ obtester q; ne
hoc qualecunq; munusculum/quod q̃ sit exiguũ ui
deo/respuas. Quod sane dedissem nunq̃/nisi dubitã
tem ne mea tibi forderet Epistola/hęc me ratio con
firmasset/neq; Te eo esse ingenio. Neq; cęteros mi
hi uecordiæ dare debere/ si summũ quoquo potue
rim modo/uirum coluerim. Vale fœlicissime.

DE GENEALOGIA FVNDATORVM VRBIS ROME.



Rim⁹ in Italia regnauit Ianus/a/quo Ianiculũ:deinde Saturnus Iouem filium/e/grecia fugiẽs:qui rudes adhuc populos domos edificare:terras incolere plantare uineas docuit:atq3 humanis moribrs uiuere:cum ante a semiferi glandiũ tantũmodo alimentis uitam sustentarẽt. Et aut in speluncis:aut frondibus uirgultibusq3cõtextis casulis habitarent. Pro quibus meritis ab indocili & rustica multitudine Deus est appellatus. Et quia in Italia latuit:ab ei⁹ latebra Latiũ appellatum est. Post eum



Picus filius eius quem Faunus secutus est: cui Latinus successit: qui latinas litteras/a Carmente Nicostrata repertas correxit: & Latinos de suo nomine appellauit. Quibus regnantibus: Centũ quinquaginta Anni referuntur euoluti. ¶ His temporibus Herculem (Gerione interempto) boues mira specie abegisse memorant: ac prope Albulam (qua pre se armẽtum agens nando traiecerat) procubuisse. Ibi cum eum sopor oppressisset: Accola huius loci nomine Cacus/ferox uiribus/captus pulchritudine boum eximiũ quem ꝗ cauda in speluncã traxit. Hercules somno excitus cũ partem abesse sensisset: pergens ad proximã speluncam: ubi foras uestigia uersa uidit/confusus abiit. Inde mugitu inclusarũ conuersus. Quem cum uadentem ad speluncã Cacus fumo flãma & qui prohibere conatus esset: ictus claua occubuit. Quod ob meritum Euander Herculi Iouis nato Aram maximã dicauit. ¶ Regnante autẽ Latino/Troya a Grecis capta est. Qua pulsus Eneas Anchisę filius ad Italiam uenit: & Lauiniam Latini regis filiam in coniugiũ accepit. Regnauitq; Latinus Annis tribus. Post quem regnum accepit Ascanius Enee ex Creusa filia Priami filius: relicto nouercę suę Lauinię regno: in Albam longã quam condiderat Regnũ transtulit: & Siluiũ Posthumiũ fratrem suũ Enee ex Lauinia filium Regni reliquit heredem. Qui Posthumius appellatus eo ꝙ post mortem Patris: & Siluius/ꝙ in silua casu sit

natus: a quo omnes Albanorum Reges Siluii uocati. Post eum regnauerunt Eneas Siluius: Latinus Siluius. Alba. Athis. Capis qui Capuam Campanię caput condidit. Capetus Tyberinus: ex cuius nomine Albula fluuius qui in eo decidens extinctus sit Tyberis nomē accepit. Agrippa Remulus Auētinus: qui in eo monte qui nunc pars est Vrbis mortuus ac sepultus / ęternum loco uocabulum dedit. Huic successit Procas cuius maior filius Numitor a fratre iuniore Amulio regno pulsus: in agro suo uixit. Et ut eum sobole priuaret Amulius filiam illius Rheam siluiam uestę sacerdotem prefecit: ut uirginitate ppetua teneret. Que a Marte (ut creditur cōpssa) Romulū & Rhemū geminos edidit. Amulius ipsam in uincula coniecit: puulos in Tyberim abiecit. Quos aqua in sicco reliquit: & Picus auis primū tantisper aluit / donec ad eorum uagitum Lupa accurrit: eosq; uberibus suis nutriuit. Mox Faustulus regii pastor armenti repertos Accę Laurentiæ coniugi educandos dedit. Qui postea Amulio interfecto Numitori auo regnū restituere. Ipsi pastoribus adunatis Ciuitatem sūmi pastoris cuiū Iesu christi futuram condiderunt. Quam Romulus augurio uictor (ipse enim duodecim Rhemus sex uultures uiderat) Romam uocauit. Et ut eam prius legibus muniretq̄ mœnibus: edixit. Ne quis uallum transiliret. Quod Rhemus irridens transiliuit: & a Fabio Celere Centurione rastro pastorali

Roma condita ante natiuitatem xpi D.ccsoij:

fertur occisus · Anno igitur post excidium Troyę CCCC·xxxiii· tempore Achaz Regis Iuda· Ante natiuitatem xp̄i·dcclii·urbs Roma condita est·

DE PRIMA ETATE POPVLI RO. SVB SEPTEM REGIBVS ACTA.

ROMVLVS·FVNDATOR·VRBIS·
PRIMA·ETAS·POPVLI·ROMANI·

Omulus Romanoꝝ primus Rex: palatinum primum montem: quo ipse educatus fuerat primũ muniuit. Condito tẽplo quod Asilũ appellauit: pollicitus est cũctis ad eũ fugiẽtibus impunitatẽ. Magno igitur exercitu facto: cũ uideret cõiugia sibi & populo deesse/p legatos/a/finitimis ciuitatibus petiit: quibus negatis ludos equestres simulauit. Ad quos cum utriusq; sexus multitudo uenisset: uirgines raptę sunt/ob hoc Ceninenses/Antẽnates & Crustumini contra Romanos bella sumpserũt. Quibus deuictis: & raptarũ propinquis in urbem receptis/ Sabini Romanis bellũ mouerũt (ubi Tarpeia uirgo Sabinorũ clypeis in monte obruta: qui ab eius nomine Tarpeius est appellatus) Romulus Ioui edem uouit/exercitui restitit. Tum raptę in mediũ processerunt: & hinc patres: inde coniuges deprecatę/pacem conciliarũt. Romulus foedus percussit & Sabinos in Vrbem recepit. Propter hanc societatẽ Romani nomina illoꝝ suis preponebant noĩbus: & inuicem Sabini Romanorum. Inde consuetudo tenuit ut nemo Romanus absq; prẹnoĩe fuerit. Cũq; Sabinorũ more Romulus hastam ferret: quæ eorũ lingua quiris appellabat/ ipse quirinus dictus est & Romani quirites. Hic ad cenam uocatus nõ multũ bibit: quia post tridie haberet negotiũ: dictũq; est ei. Romule si omnes istud facerent/ Vinũ uilius

esset. Immo inquit carũ: si quantũ uolet quisq; bibat. Centũ ex plebe delegit: quorũ consilio oĩa agerent: quos Senatores ꝑpter senectutem: Patres ob similitudinẽ curæ nominauit. Inde Patritii dicti. Mille pugnatores quos a numero Milites appellauit. Tres etiã equitũ centurias instituit. Tandem apud paludẽ Capreæ cũ exercitum lustraret nusq̃ comparuit. Regnauit autem Annis. xxxvii.

Regnauit Romulus annis xxxvii.

NVMA POMPILIVS.



¶ Numa Põpilius Rex romanorũ secundus: ferocem populũ mitigandum dissuetudine Armorum ac religione ratus sacra plura instituit. Flaminẽ Ioui assiduũ sacerdotem creauit. huic duos flamines adiecit. Marti unũ. alterũ Quirino. Salios item sacerdotes duodecim (quorũ primus Presul uocabat') Marti gradiuo fecit tuniceq; picte insigne & celestia arma quæ Ancilia appellãtur eis ferre dedit. Pontificem deinde maximum ex patribus cõstituit. Virginesq; uestales legit. his ut assidue templis essent Antistites. Stipendiũ de publico statuit. Leges quoq; plures tulit & utiles (fu

tur binuit potiore ritu Romæ hec oĩa fierent) & ob hanc tantã iusticiã bellum ei nemo intulit.

TVLLVS HOSTILIVS.



Tullus hostilius militarem disciplinã artẽq; bellãdi tradidit. bellũ Albinis indixit: quod Trigeminorum bella finiuit. Albo ut Perfidiam ducis metri funditus diruitur. Templis tamen Deorum iussu Regis est parsum. Albanos Romã transire iussit. Numerus Ciuiũ interim crescit. Montecelio urbem ampliauit.

ANCVS MARCVS.



Ancus Marcus Latinos bello domuit Auẽtinũ mõtem Vrbi addidit: Ianiculũque adiecit, nõ inopia loci, sed neq̃ ea arua hostiũ essent. Id nõ muro solum; sed etiam

ob cõ moditatem itineris ponte sublitio tum primũ in Tyberi facto urbi iunxit. Carcerẽ primus ad terrorem crescẽtis audacie edificauit. Siluas ad usum nauiũ publicauit: usq; ad mare Imperiũ prolatum in ora Tyberis Hostiam urbem condidit.

Anul ... carcerem primus ... uit.

TARQVINVS PRISCVS.



¶ Tarquin⁹ Priscus Numerũ Senatorum duplicauit, & Centuriis trib⁹ auxit Tuscie populos frequẽtibus Armis subegit. Primusq; triũphãs Romã intrauit & inde fastes trabee anuli pretexta ceteraq; qbus Imperii dignitas eminet Vrbẽ muro cinxit. Circũ maximũ edificauit.

Tarquinius priscus fuit primus ... triumphans romam ingressus est.

SERVIVS TVLLIVS.



¶ Serui⁹ tullius Hetruscos sepe domuit. Mõtes Quirinalẽ & exquiliarum Vrbi adiunxit. Aggerẽ fossasq; circa

Agger.

muros duxit· Primus omnium censum ordinauit· rem saluberrimam imperio ex quo belli pacisq; munia: nõ uiritim ut ante: sed pro habitu pecuniarum fierent· Tum classes & centurias & hunc ordinem ex censu constituit·

TARQVINVS SVPERBVS·



Tarquin⁹ superbus cognomen moribus datũ Latinos Sabinosq; domuit Suessam: Ponetiã Hetruscis eripuit: & Gabios per Sextum filium simulato transfugio in potestatẽ redegit· Cum Capitoliũ inciperet Caput hoĩs inuenit: unde eã urbẽ caput gentiũ futurã cecinere uates· Et cũ in obsidiõe Ardee fili⁹ eius Tarquinus sextus Lucretie stuprũ intulisset cum eo in exilium actus: ad Porsenã Hetrurie regem cõfugit· Regnatũ est ab urbe cõdita sub regib⁹ annis· cc· xliiii· Hinc Cõsules annui duo creati: ut si un⁹ malus esse uoluisset: alter eũ coarceret: & Ciuiles semp essent: qui se post annũ scirent esse priuatos· Post dictator: cui⁹ dicto parendũ erat supiori ptãte in sex menses duratura creat̃: cui magr̃ eqtũ obsequeret̃·

❡DE SECVNDA ETATE POPVLI ROMANI SVB CONSVLIBVS.

IVNIVS BRVTVS PRIMVS CONSVL.



❡Iunius Brutus propter Lucretiæ stuprũ cũ Tricipitino Patre & Collatino uiro i exitium Regũ cõiurauit. Quibus i exiliũ actis primus consul creatus filios suos ꝙ cũ Aquiliis & Vitelliis ad recipiendũ in urbem Tarquinos cõiurauerant. Virgis cesos securi percussit: patrem exuit ut consulem ageret. Deinde in prelio qđ aduersus eos gerebat singulari certamine cũ Aronte filio Tarquinii congressus se ambo mutuis uulneribus occiderũt.

HORATIVS COCLES.



❡ Horatius Cocles (illo cognomine ꝙ in alio prelio oculũ amiserat) cũ Parsena Rex Hetruscorũ Tarquinos in Vrbem Romã

restituere temtaret: & primo impetu (Transtyberinam regionē nunc appellatā) tūc Ianiculū cepisset pro ponte sublitius stetit: & aciem hostiū sustinuit donec pons a tergo interrumperet. Tum in Tyberim se proiecit & armatus ad suos tranauit.

Trano

MVTIVS SCEVOLE.



¶ Mutius Sceuole a clade dextre manꝰ cognomen inditū cū Persena urbem obsideret: in eiꝰ castra uenit: ibi qꝫ Purpuratū pro Rege deceptꝰ occidit. Deprehensus & ad Regem pertractus dexteram Aris imposuit ardētibꝰ focis iniecit. Hec supplicii a rea exigens ꝙ in cede peccasset. Terrorē geminat dolo ut scias inquit quē uirū effugeris. Idem trecenti iurauimus. Quare ille territus Bellū acceptis obsidibus deposuit.

PVBLICOLA.



¶ Publicola d Veientibus & Sabinis triumphauit. Sed quia in locum Tricipitini college defuncti Cōsulem ubrogauerat: & domū in Velia tutissimo loco habebat in suspitionem Regni affectati uenit:

Quo cognito apud populũ questus est ꝙ de se ali-
quid tale timuissent: & imisit qui domũ suam dirue
rent. Legem de prouocatione aduersum magistra-
tus ad populũ tulit. Hinc Lucius Valerius Publi-
cola dictus. Hic quater Consul: mortuus adeo pau
per/ut collatis/a/populo nũmis sumptũ habuerit.

AVLVS POSTHVMIVS.



¶ Aulus Posthumius dictator cum latinis in ultionẽ Regis Tarquini dimicantibus confli xit. Cumq; uictoria nutaret: Magistro equitũ equis frenos detrahi iussit. Et hoc nouũ cõmentum: quo acrius incurrerẽt: unde & aciem Latinoꝝ fregerũt & castra ceperũt.

MENENNIVS AGRIPPA.



¶ Menẽnius Agrippa de Sabinis triũphauit & cũ populus a/patribus secessisset: ꝙ tributum & militiam tolera ret nec reuocari posset. olim inquit humani artus cum uentrem ociosum cernerent ab eo discorda runt: & suũ illi ministeriũ negauerunt: cũ eo pacto & ipsi deficerẽt. Intellexerũt uentrẽ acceptos cibos

per omnia mēbra differere:& cum eo in gratiam re dierunt. Sic senatus & populus quasi unum corpus discordia pereunt/concordia ualent. Hac fabula po pulus regressus est:creauit tamen Tribunos plebis qui libertatē suā aduersus supbiam nobilitatis de fenderet. Hic ꝓpter paupertatē publico impēdio populi Romani sepelitur.

CORIOLANVS.



¶ Corilianus cognomen/a/captis Coriolis Vrbe Volscorū Cneus Marc⁹ habuit/ob egregia militie facinora/a/ Posthumio optiēnem muneri ūaccipiēs/equū tantū & hospitē sumpsit/uirtutis & pietatis exēplū. Hic cōsul iniuria pulsus ad Volscos concessit/& cū eis ad quartū ab Vrbe lapidē castra posuit. Cumq3 in illis Ciuiū legationibus flecteret:a/Veturia matre & Volumnia uxore matronarū numero comitatis motus bellum obmisit.

QVINTIVS CINCINNATVS.



¶ Quintius Cincinnatus(cū Volsci & Sabini bellum aduersus romanos gererent:& Mumitiū Consulem in Algido monte obsiderēt) dictator dictus; missi

legati nudū eū arantē trāstyberim inuenerūt: qui insigniis sumptis Cōsulem obsidione liberauit. Hostes uicit. Iugum boū equis imposuit. Ducem principesq3 subiugatos triumphi die pre se primus egit Sextodecio die dictatura se abdicauit ad agri cultum reuersus. Ipse iterū post. xx. annos dictator dictus Spuriū Meliū regnū affectantem occidi iussit Domū eius solo equauit.

VIRGINIVS CENTVRIO.



¶ Virginii Centurionis in Algido militantis filiam Virginiam Apius Claudius decemuir adamauit. Quam cum corrumpere non posset: clientem subordinauit: qui eam coram in seruitium deposceret. Pater recognita cum oppressam Iudicio filiam trahi in seruitutem uideret: nihil cunctatus: in medio foro manu sua interfecit. Corpus eius humero gerens ad exercitum profugit. Admotisq3 signis cōmilitonum totam eam dominationem obsessam armis Milites ad uindicandum facinus accendit: ac in carcerem & cathenas ab Auentino mōte detraxit. Creatisq3 decem Tribunis decem uiros abdicare se magistratu preceperunt. Apius in carcere sibi mortem adciuit.

CORNELIVS COSSVS.



¶ Cornelius Cossus (cum uidisset accessu Tolumnii regis Vientium turmas Romanorũ trepidantes) fugit: & ingentẽ predã ad Vrbem tulit. Post exercitu in angustiis thauri montis insidiis hostiũ clauso: in superiorem locũ euasit. hostes terruit. Ciues obsidione liberauit.

FVRIVS CAMILLVS.



¶ Furius Camill' Veios obsidione domuit: deq̃ his triũphauit. Cum Valiscos obsideret: & ludi litterarum magister Principũ filios ad eũ adduxisset uinctũ illũ isdem prius in urbem redigendũ & uerberandũ tradidit (Sciebat enĩ uir sapiens uerã esse uictoriã que salua fide & integra dignitate pararet) statim Valisci se ei ob tantã iusticiã dederũt. Post die dicta a tribus populi inique dãnatus ardeam concessit. Mox cũ galli senones exercitũ Romanorum apud Alliam fluuiũ cecidissent: urbẽ intrarunt, partẽq̃ incẽderũt ubi senioribus interfectis: nobilẽ iuuentutẽ in capitoliũ obsiderũt: qui tandẽ

accepto auri mille pondo recessere. Camillus absēs dictator dictus collectis reliquiis: eos secutus ita cecidit & aurū & omnia que ceperant militaria signa reportaret. Deinde populo Ro. migrare Veios uolentes detinuit. Sic & opidum Ciuibus: & Ciues opido reddidit.

¶VALERIVS CORVINVS.



¶Valeri⁹ Coruinus cum reliquias senonū Camillus persequeretur aduersus ingētem Gallum puocātem solus (omnib⁹ territis) pcessit. Coruus ab ortu solis galee eius insedit: & inter pugnandū: ora oculosq; Galli reuerberauit. Hoste uicto: nō solū uictoriā ei/ sed & nomen dedit. Hic cū ingēs multitudo ere alieno oppressa Capuā occupare tēptasset: & Ducē sibi etiā necessitate cōpulsum fecisset: sublato ere alieno seditionē cōpressit. His temporib⁹ in medio urbis Ro. terra dissiluit: neq; uasta uorago conicto terre impleri potuit: q̄ deoꝝ monitu uiui hois expeteret sepulturam si remp. Ro. ppetuam uellent: tum Marcus Curtius eques Romanus nil cunctatus: equo exornato: insedentem armatum se in specum imisit. Lacusq; Curtius ab hoc appellatus.

DECIVS CONSVL.



¶ Decius Cõsul bello latino cũ collega Mãlio Torquato (positis apud Veserim fluuiũ castris) cũ utriq; somno obuenisset eos Victores futuros: quorũ Dux in prelio cecidisset. Is capite uelato primũ ante aciem Diis manibus se deuouit: & in confectissima se hostiũ tela iaculatus nouũ ad uictoriam iter sanguinis sui semita aperuit.

MANLIVS TORQVATVS.



¶ Manlius torquat9 in bello Gallico arcẽ Capitolini montis insedit: obtestata ipsũ quasi presentem Iouẽ ut quemadmodũ ipsi ad defendendũ tẽplũ eius concurrissent: ita ut ille uirtutẽ eorũ numine suo tueret. Insup & Gallũ eũ ad singulare certamẽ prouocãtem occidit. Torquem ei detractũ ceruici sue induit. Bello latino filiũ suũ q̃uis uictorẽ: q cõtra imperiũ pugnasset securi pcussit. Latinos apud Veserim Decii college deuotione supauit. Consulatũ iterũ recusauit. Quod diceret neq; se populi uitia neq; illũ seueritatẽ suam posse sufferre.

PAPIRIVS.



¶ Papirius uir bellicosissimus uelocitate cursor: aduersus Samnites progressus/cum Romã ingrederet͛ edixit Fabio maximo: quẽ exercitui preponebat ne manũ cũ hoste consereret. Sed ille oportunitate ductus pugnauit. Reuersus eũ securi ferire uoluit. Ille in urbem confugit/nec supplicẽ Tribuni tuebãtur. Deinde pater lachrymis: populus precibus ueniã impetrauit. Postea Sãnite Romanos apud Caudinas furculas angustia locoꝝ conclusos uicere. Iterũ Papirius aduersus eos directus de eis triumphauit.

FABIVS MAXIMVS.



¶ Fabius ob uirtutẽ maximus: de Apulis: Mucernis: gallis Vmbris: Marsis: Tursis & Liguribus triumphauit. Postea nouam de Hanibale uictoriam comentus est: nõ impetu pugnare: ut qui frangi uirtute nõ poterat: mora cõminueret͛. De redemptiõe captiuorum cum hostibus pepegit. Quod pactum

cum a Senatu improbaretur: fundũ ſuũ ducentis milibus uendidit & fidei ſatiſfecit.

MARCVS CVRIVS.



¶ Marcus Curiꝰ dentatus: primo de ſamnitibus: iterũ de Sabinis triumphauit. Pirrhũ Epirrhotarum regem opem tarentinis ferentem ex Italia pepulit. Legatis Samnitũ aurum offerentibus: cum ipſe in foco rapas torreret. Malo hec inquit fictilibꝰ meis eſſe & aurũ habentibus imperare q̃ poſſidere.

APPIVS CLAVDIVS CECVS.



¶ Appius Claudius cecus Sabinos: Samnites: hetruſcos bello domuit. Viam uſq; Brũduſiũ lapidibus ſtrauit. Vnde illa uia Appia eſt. Cum de pace Pirrhi ageretur & gratia potentiũ per legatum Cyneam quereretur precio. Senex & cecus lectica in Senatum latus: turpiſſimas cõditiones magnifica oratione diſcuſſit. Tum Ro. iuſſerunt captiuos redditos infames haberi: q armati capi potuiſſent.

ſterno



¶ Fabritius de redimēdis captiuis ad pirrhum Epirotam cum aliis missus: ei captiues Rex gratis dedit. Admiratus cū eū pauperem cognouisset: ut quarta parte regni promissa sollicitare non ualeret ut ad se transiret. Interiecto anno contra Pirrhum Fabritius missus: medicus Pirrhi nocte ad eum uenit promittens ueneno se Pirrhum occisurū si sibi aliquid polliceretur: quem Fabritius uinctum remitti iussit ad dominū: idq; sibi dici. Tum rex ille est inquit Fabritius qui difficilius ab honestate q̄ sol a cursu suo auerti potest. Rex in Siciliam profectus. Fabritius uictis Lucanis & Samnitibus triūphauit. ¶ Regnatum est a Iunio Bruto in Appiū cc.xxxii. annis. Et licet iam clarum urbis Rome nomen esset. Arma tamen extra Italiam mota non fuerunt.

¶ Sequitur de Tertia etate populi Romani.

Regnar at … Iunio Bru… to in Ap… pium … XXXII annis

DE TERTIA ETATE POPVLI ROMANI SVB CONSVLIBVS.

APPIVS CLAVDIVS.



¶ Appius Claudius cõsul ad Mamertinos (qui cãpani erãt Messana urbe Sicilie conse dentes) liberandos missus: quorum arcẽ carthaginenses & Hiero rex Siracusan⁹ obsidebãt Primo ad explorãdos hostes fretũ piscatoria naue traiecit. Regressus Ralagicrẽ in Siciliã traduxit. Carthaginẽn messana expulit Hieronem apud Siracusas (ante se uictũ q̃ cõgressum sentientem) in deditionem accepit

CNEVS DVILLIVS.



¶ Cneus duillius cũ uideret Carthaginẽn multũ mari posse, classem magis ualidã q̃ decoram fabrefecit & manus ferreas cũ irrisu hostiũ primus instituit. Sic inter pugnandũ hostiũ naues apphendit: hostes uicit. Neq; ulla uictoria Romanis gratior: q̃ inuicti terra: iam etiã mari plurimũ pollent.

MARCVS ATTILIVS.



¶Marcus attilius regulus: fusis Salẽtinis triũphauit: in affricã classe traiecit: quassata de hamilcare hanibalis patre duce penorũ naues lõgas. lxiii. cepit. opida ducenta & hominũ ducenta milia. Serpentẽ quoq; maximũ occidit. Absente eo cõiugi eius & liberis ob pauptatem sumptus publice dati. Post arte Xantippi Ducis Lacedemonii quia Carthaginẽ cõductus fuerat captus: in carcerẽ missus. Legatus de pmutãdis captiuis Romã missus (dato iureiurãdo ut si nõ impetrasset ita demũ rediret) in Senatu conditionẽ dissuasit. Reiectis a se cõiuge & liberis Carthaginẽ regressus crudeli supplicio affectus est.

Attilius. naues lxiij. opida ducenta et hominum ducenta milia cepit.

LVCTATIVS CATVLVS.



¶Luctatius catulus ducentis nauibus aduersũ penos pfectus. Hamilcaris classe fugata remiges & nautas assidue exercebat: qua arte effecit ut etiã cupide prelium exposceret. Post centũ. xx. naues cõmea

tibus & aliis oneribus impeditas duce Hãnone depressit. Conditionibus datis: primo bello punico finis impositus.

CLAVDIVS MARCELLVS.



¶ Claudius marcellꝰ in mediũ hostiũ Gallorũ primus irrupit. Regem eorũ occidit. tertia spolia opima retulit. cũ apd Cannã Apulię unicũ pugnatum esset. xl. miliũ Ro. cede facta duo modii annulorꝫ nobilitatis Romanꝫ Carthaginem a Magone lati: in campania ubi Hanibal se transtulit eius exercitum prelio fudit: & ab obsidione urbis Nolę excussit. Primus post tantas rei publicæ ruinas spem fecit Hanibalẽ posse superari. Post Sicilia mandata Marcello tota insula in una urbe superata est. grãde illud & ante id tempus inuictum caput Siracusę.

FVLVIVS CENTIMOLA.



¶ Fuluius centimola Illiricos (cões omniũ Grecorum hostes terra mariqꜫ cia uastantes. legatos etiam Romanorꝫ Teuta eorꝫ regina iubente securi p

cutientes) suis copiis pdomuit. Principũ colla legatorum manibus securi litauit. Teuta grauiter mulctata: ac fere toto regno spoliata

CLAVDIVS NERO.



¶ Claudius nero qui in Apulia cum Hanibale castra cõiũxerat: relicta in castris parte cũ delectis ad Hastrubalem Hanibalis fratrem (qui ingentis copiis in Italiã traiecerat) pperauit: & se Liuio collegę cõiunxit: amboq; Hastrubalẽ uicerũt. Nero regressus pari celeritate qua uenerat: caput Hastrubalis ante uallum Hanibalis piecit. Cũq; piectũ fratris caput ad sua castra uidisset: agnosco inquit infelicitatẽ Carthaginis. Hęc fuit illius uiri non sine presagio quodã fati ĩminentis prima cõfessio. Iã certũ erat hanibalẽ etiã ipsi9 cõfessiõe posse uinci.

LIVIVS SALINATOR.

¶ Liui9 salinator de Illiriis triũphauit iterũ cũ Claudio Nerone inimico suo cõsulne res publica discordia male administraret amicitiam cum eo iunxit: & de Hastrubale



presagiu

triumphauit·Iterū Liuio cōſule populus Romanus Ioniū mare ingreſſus tota Grecie littora ueluti triumphante claſſe pagrauit·Spolia quippe Siciliȩ:Hiſpaniȩ:Sardiniȩ:Affricȩ preferebat·Et manifeſtam uictoriam nata in pretoria puppe laurus pollicebatur·

AFFRICANVS MAIOR·



¶ Affrican⁹ maior·p c· Scipio ab Africa uicta dict⁹ Clade cānenſi nobiliſſimos Iuuenes Italiam deſerre ob metū Hanibalis deliberantes diſtricto gladio cōpeſcuit·Primus iurans ut patrie defenſor exiſteret· Vniuerſos ſimiliter iurare coegit·xxiiii· annoꝝ pretor in Hiſpaniā miſſus Carthaginē Hiſpanie caput qua die obſedit cepit Hiſpanorū obſides parentibus reddidit uirginem pulcherrimā:ad cuius conſpectū concurrebāt ad ſe uetuit adduci:Patriq; eius ſponſor aſtitit·Haſtrubalē magonēq; fratres Hanibalis hiſpania expulit·Maſineſſam Numidie Regem in ſocietatem recepit· Poſt conſul in Affrica Haſtrubalis & Siphacis Mauroꝝ regis caſtra una nocte prupit·Reuocatū ex Italia Hanibalem ſupauit·Victis Carthaginenſibus leges impoſuit·Secūdum bellum Punicum finiuit·Deinde/a/

tribu·pl·repetũdarum accusatus/ in uoluntarium exilium concessit· Moriens ab uxore petiit ne corpus suũ Rome referret·

QVINTVS FLAMINIVS·



¶ Quintus Flamini9 cõtempti auspiciis qui bus pugnare prohibebatur aduersus gallos conflixit/ & uicit Philippum regem Macedonie prelio fudit: castris exuit: in fidẽ recepit: sed filiũ eius Demetriũ obsidem tenuit· Lacedemoniorũ etiã duce Nabide uicto/filiũ eius obsidem accepit· Venditos ac transfugas Romanos colligens/Romã duxit·

QVINTVS FVLVIVS·



¶ Quint9 Fului9 nobilior Etholos/ Orethanosq; supauit· Canathaesqui bello macedonico interfuerũt post Anthiochum defecerãt preliis frequẽtibus uictos/ & in Ambrachiã caput gentis opidũ coactos in deditionem accepit: tum signis tabulisq; priuauit·

SCIPIO ASIATICVS.



¶ Scipio Asiatic⁹ frater Affricani/ Anthiochum regē Syrię: qui (ĩcredibile dictu) maximis auxiliis/ copiis/ consederat treceta milia peditũ·equitũ fal/catorũq; curruũ non minor numerus: elephãtis ad hoc ĩmense magnitudinis: auro/ purpura argẽto & suo ebore fulgentib⁹ aciem utriusq; uallauerat: ingenti prelio uicit: cui pax concessã ut ex europã & Asia recederet: atq; intra thaurũ se contineret. Hic ab Asia uicta Asiaticus dictus.

CNEVS MANLIVS.



¶ Cneus mãli⁹ Vulso missus ad ordinandam Scipionis Asiatici ꝓuinciã/ bellũ Pisidis & Gallegrecis qui anthiochc affuerãt intulit. His uictis inter captiuos uxor Regis Orgioguntis Centurioni cuidam in custodiã data: a quo ui stuprata de iniuria tacuit. Et post ĩpetrata redẽptione memorabili exemplo dum pecuniã inclinata ceruice numeraret adulter: reuulsum caput ad maritũ suũ retulit.

PAVLVS EMILIVS.



¶ Paulus emili⁹ primo cõsulatu quẽ post tres repulsas adept⁹ erat de Ligurib⁹ triũphauit. Iterũ consul Persen Philippi filiũ regem Macedonũ rebellantem cepit: quem uictũ fleuit & sibi assedere iussit: tum in triumphũ duxit. In hac letitia duos filios amisit. Et pregressus ad populũ gratias fortunę egit: q̄ si quod aduersi reipublicę iminebat: calamitate sua esset decisum.

TIBERIVS SEMPRONIVS.



¶ Tiberius sempronius gracc⁹ Tri. pl. Scipionẽ Asiaticũ q̄uis inimicũ duci in carcerẽ nõ ẽ passus. p̄tor galliã domuit. Cõsul Hispaniã altero consulatu Sardiniã: tantumq̧ captiuorum adduxit: ut longa uenditione res in prouerbium ueniret. Sardi uenales. Et cũ in eius domo duo angues apprehensi essent. responso dato de dominis perituri: cuius sexus anguis fuisset occisus. Amore Cornelię coniugis marem iussit interfici.

Sardi uenales



¶ Marcus Cato Pretor Sardiniã subegit. Consul Celtiberos domuit. Et ne rebellare possent: Arma omnibus ademit. Singularum Ciuitatũ muros litteris missis uno die dirui fecit. Hic omnia ardua per se gessit: nec quicq̃ in exercitu suo precipui preter honorem & Imperium habebat. Matronis ornamenta erepta opia lege repetentibus restituit. Accusator assiduus malorum. Ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus. Carthaginem delendam censuit.

SCIPIO NASICA.



¶ Scipio Nasica statuas quas sibi quisq̃ p ambitionẽ in Foro ponebat sustulit. Delminũ urbem Dalmatarũ expugnauit. Imperatoris nomẽ/a/ militibus &/a/ Senatu triumphũ recusauit. Carthaginem seruandam suasit: ne metu ablato emule urbis luxuriari felicitas Vrbis inciperet.

SCIPIO AFFRICANVS MINOR:



¶Scipio affrican⁹ minor ab Affricano adoptat⁹. In Hispania apđ Intercatiā opidū prouocatorē singl'ari prelio uicit. Muros hostiles Ciuitatꝭ primus ascendit. Consul Carthaginē accēdit ac funditus deleuit. Omnē citra ultraqꝫ Hiberū subiecit Imperio Primus Romanoꝝ ducū uictor ad Gades & Oceani oram peruenit. Plus etiam prouinciā retinere q̄ facere suadens. Quo tertiū bellum punicū finitur. Numantiam in Hispania fame uicit: hinc & Numantinus dictus.

Scipio Affricanus minor Tertiu bellu punicu finem habuit a cartagine ...

METELLVS.



¶Metell⁹ ille qui ex Macedonia cognomē meruerat: & Celtibericus fieri: cum & Centebriam memorabili ĩ cepisset exēplo: & uerso brigis maiori gloria pepercit. Pseudo Philippū (qui & Andriscus) uicit. Achaios bis prelio fudit: triumphandos mummio tradidit. Cum omnia proprio & subito cōsilio ageret. Amico cuidam quid acturus esset roganti:

Tunicam inquit incani excinderem: si eam consiliū meū scire existimarem.

LVTIVS MVMIVS.



Luti⁹ Mumi⁹ deleta Achaia, Achaicus. Legatis Romanorum apud Corinthum uiolatis in Metelli castra properauit & Corīthios apd Leucopetiā uicit. Captaq₃ Corintho ac incensa cū esset Achaie caput: grecięq₃ decus. Achaiam omnē obtinuit: tabulis & signis spoliauit: quibus cū totā Italiam replesset in domū suam nil contulit.

CAIVS MARIVS.



Caius Mari⁹ i Numidia Iugurthā regē superauit: & Bocchū Mauritānię regē grauiter cecidit in gallia Cimbros. In italia teutones uicit. Apuleiū Saturninū tripliciter & Glautiā pretorē seditiosos interemit. Cū Sulpitia rogatione prouinciā Sillæ eriperet. armis ab eo uictus & in carcerē coniectus īmissum percussorē Gallū uultus auctoritate deterruit: acceptaq₃ nauicula in Africam traiecit.

Cimbros Teuto.

LVTIVS SILLA.



¶ Lutius Silla Iugurthā fraude Bocchi soceri sui in deditionem accepit. Bello sociali Sānitas Hircanosq; superauit. Asiam sortit⁹ Mithridatem bis prelio fudit. Medos & Dardanos in itinere supgressus Mox regressus Carbonē italia expulit. Mariū uicit Marii filio Preneste interfecto felicem se edicto appellauit. Proscriptionis tabulas primus posuit.

LVCIVS LVCVLLVS.



¶ Lucius Lucull⁹ Mithridaten apud Calcedonē Cottam collegā suū obsidentē fossa uallo q; cinxit atq; depressit. Deinde Ciziců eadem hora qua obsidebat' obsidiōe soluit. Mox Mariū terra mariq; uicit Marius occisus ponte nauibus facto omniū ante se primus Euphraten transit Sinopē expugnaturus (cum eā qui presidii causa preerāt expoliatā incensamq; relinquerēt) miserorū hostiū intestina clade pmotus celeri cursu restinxit incendiū. Mithridatis copias ferro & fame afflixit: eumq; regno suo id

est Pontho expulit·Quem rursus cum Trigane re ge Armenię subueniente magna felicitate supauit.

POMPEIVS MAGNVS.



¶Pompeius magnus sertoriũ(partiũ maria narum ad bellũ cõmo uit Tygranẽ ad deditionẽ) Mithridatẽ ad uenenũ cõpulit·deĩde in Septẽtrione Albanos/Clochos/Enochios/Caspios/Hiberos/ Nunc in oriente Parthos/Arabes/Iudeos cũ magno sui terrore penetrauit·Primus in hircanũ rubrũ & Arabicũ mare puenit·Imperiũ maris Po·Ro·restuit·Partito orbis Impio cũ Crassus syriã·Cesar galliã·Pompeius urbẽ occuparet·Post cedẽ Crassi Cesarem dimittere exercitũ iussit·Cuius infesto aduẽtu: ui bepulsus in Pharsalia uictus ad Ptolomeũ Alexandrię regem fugit/ibiq3 mucrone confessus periit.

VENTIDIVS.



¶Ventidius(cũ Parthi in Crassũ Parthico inhiantẽ auro: undecim strage legionũ & ipsius capite Auro infuso mulctassent: & Labieno duce: qui

Pompeianarũ partium fuerat/ & uictus ad Persos refugerat in siriã irrupissent incredibili felicitate & labieni copias ipsumq́ꝫ pacorũ: & omnẽ Parthicum equitatum (simulato inter colles metu donec adimeret usum sagittarum) late cecidit. Mox circũlato regis per urbes que destituerant capite Siria sine bello recepta. Sic Crassianam cladem pacori cede pensauit.

MARCVS CICERO.



¶ Marco Cicerone cõsule Catilina addelẽdam patriam cõiurauit. Tanti sceleris iudiciũ per fuluiã emersit uilissimũ scortũ se Parricidis ignoscens. Tum habito senatu in reum perorauit. hc stem fugauit. Isset ultra alpes conspirationis furor: nisi altera proditione Volturnii pretoris litterę tenerentur. Statim Ciceronis Imperio iniecta est barbaris manus. palam pretor in Senatu conuincit & in carcere parricidę strangulantur. Fundamentum nãq́ꝫ primum esse iusticię dixit ne cui noceatur: deinde ut cõmuni utilitati seruiatur. ¶ Regnatum est ab Appio usq́ꝫ ad singulare Imperium Caii Iulii. Annis. CC. xxx.

Regnatu est ab Appio usq ad imperium Annis CC. xxx.

DE QVARTA ETATE POPVLI RO. SVB IMPERATORIBVS.

CAIVS IVLIVS.



¶ Caius Iulius cesar Europā sortitus Galliam Germaniā Britaniāq; subegit. Aduersum Belgas pugnās cum multa Ro. militū insignia: tum illud egregiū ipsius ducis qđ nutante in fuga exercitu rapto fugiētis e manu scuto in primā uolitās aciem manu prēliū restituit. Triūphos ex Gallia Egypto: Pontho: Africa & Hispania duxit. Tante autem bonitatis fuit ut quos armis subegerat clementia magis uicerit. Pompei capite sibi pre oblato: nō continens lachrimas illud pretiosissimis odoribus cremandum curauit. Bellis ciuilibus ubiq; compositis Romam rediit. Primus singulare Imperiū obtinuit. Ad hoc nullus celerius scripsit: nemo uelocius legit: quaternas etiam epistolas simul dictauit. Sed gloriam principis uicit inuidia: sicq; Bruti & Cassii coniuratione. xxiii. uulneribus confossus occubuit cum regnasset annos quinq;.

Cesar quatternas literas simul dictabat. ... a Bruto et cassio uulneribus xxiij: acceptis et occisus fuit.



Octauius ab aucta repub. augustus, plurima bella gessit. Externa bella duo oĩno per se gessit. Dalmaticũ adolescens adhuc & Anthonio deuicto Cantabricũ. Dalmatico etiã uulnera excepit. Vna acie dextrũ genu lapide ictus altera aũt & crus & utrũq3 brachium ruina pontis cõsauciatus. Reliqua p Legatos administrauit ut tũ quibusdam Pannonicis atq3 Germanicis aut interueniret aut nõ longe abesset. Rauennã uel Mediolanum uel Aquilegiã usq3 ab urbe progrediẽs. Nã arma nisi maiore emolumẽti spe: nequaq̃ mouẽda dixit. Ne compendio tenui iactura graui parta uictoria similis sit hamo aureo piscãtibus: cui9 arrepti amissiq3 detrimentũ, nullo capturę lucro pensari põt. Tẽpla q̃uis sciret etiã pro cõsulib9 decerni solere. In nulla tñ puĩcia nisi cõmuni suo Romęq3 noĩe recepit. Nam in urbe quidẽ ptinacissime abstinuit hoc honore: atq3 etiã argenteas statuas olim sibi positas cõflauit oẽs, ex qbus aureas cortinas Apollini palatino dedicauit. Dictaturã magna ui offerente pplo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est. Vrbẽ Ro. ita exornauit: ut

gloriatus sit se Latericiam inuenisse: marmoreã relinquere. Clemẽtię ciuilitatis atq; studiositatis exemplar ipse fuit. Huius Imperii anno. xlii. uniuerso orbe pacato: Pacis auctor Iesus xp̃us nascitur in Bethleem Iudę ex Maria uirgine. Quo die Romæ in cęlesti circulo christi imagine cũ matre uisa arã ei prim⁹ extruxit. Dominũ se uocari uetuit. Trans tyberim fons olei de terra erupit: fluxitq; tota die christi gratiam gentibus ostendens. Templũ pacis eternum corruit.

Octauius Augustus fuit primus, qui ara domino nostro Jesu Christo erexit.

TIBERIVS.



Tiberius dalmatas salmatasq; subegit. Adulationes adeo aduersatus est: ut neminem Senatorum aut officii aut negotii causa ad lecticã suam admiserit. Consularem uero satisfacientẽ sibi ac p genua orare conantem ita suffugerit ut caderet supinus Atq; etiã si quid in sermone uel in continua oratione blãdius de se diceret: nõ dubitaret interpellare ac reprehẽdere & cõmutare cõtinuo. Dominus appellatus a quodã denũciauit: ne se amplius contumelię causa nominaret unde se Dominũ cũ cõtumelia uocari dixit. Sed aduersus conuitia malosq; tumores & famosa de se ac suis carmina firmus ac pa-

tiens: subinde iactabat in ciuitate libera: linguam mentemq; liberas esse debere. Presidibus quibusdam prouintiarũ augenda esse uictigalia suadentibus respõdit. Boni pastoris esse tondere pecus nõ deglutire. Aliis ut officiales mutaret instantibus. Vidi inquit quendam muscas ęgri uulneribus insidentes fugare: quem ęger culpauit, quoniam uenturę sitibundę sunt. Istę tantũ (cum plenę sint) locum occupabant. Huius imperii anno. xviii. Iesus Christus Annorũ. xxxiii. & trium mensium Hierosolymis pro salute hominũ crucifixus moritur. Cuius expressa in sudario effigies a sancta Veronica per mare Romã adducta est. Qua uisa Tiberius mox a morbo fertur liberatus.

CLAVDIVS.



Claudius Brittaniã post Cesarẽ secundus attingens in deditionẽ accepit. Orchades insulas Romano adiecit Impio. Tam ciuilis ut, etiam Plautiũ: qui expeditione Brittanica multa egregie fecerat triumphantẽ ipse persequeret: & conscendenti Capitolium leuius incederet. Huius imperii anno secundo Petrus apostolorũ princeps cum primo fundasset ecclesiam Antiochenã Romã uenit tenuitq;

(pastor ouiũ christi) cathedram episcopalẽ annos xxv. sub Nerone crucifixus eodem die quo & Paulus capite plexus. Anno a natiuitate Christi. Lxx. tẽpore Neronis caballos lapideos Praxitelis un⁹: alter Fidię opera (maximis sane opificibus digna) Romam adduxit ex Asia. Tridiates Armenioꝝ rex quẽ ut Nero laute exciperet theatrũ Pompei uni⁹ diei opera totum inaurauit.

VESPASIANVS.



¶ Vespasian⁹ uir utiq; clementissimus: liberalissimusq; ac munificentissimus: qui prĩcipatu suscepto rẽ publicã ferme collapsam optime restituit. & censum Senatorũ expleuit: Consulares inopes sustentauit: ac multas per orbem Ciuitates terremotu uel incendio afflictas in melius restituit. Deinde bello Iudaico biennio peracto Tito filio cõmendauit: quod quidẽ biennio post constantissime absoluit: quo Iudei penas dederunt: & frequentis contra populũ Ro. defectionis & sceleris quo Christũ innocentem peremere. Hic tantę lenitatis & clemẽtię fuit ut conuitia a causidicis & philosophis in se dicta leniter ferret. Reos etiã maiestatis uerbis tantum castigatos dimitteret. Offensarũ & iniuriarũ ĩmemor. Diligens tñ custos disciplinę militaris.

TITVS.



¶ Titus uir oīm uirtutū genere ā mirabil' adeo ut amor & delitię humani generis diceretur. Facūdissimus bellicosissimus: moderatissimus: ita cemis & liberalis ut nulli quicq̄ negaret. Hoc cum reprehenderēt amici: respōdit. Neminē a uultu pncipis tristem discedere oportere. addidit & illud recordatus q̄ nihil cuiq̄ numeris dedisset. Amici hunc diē pdidi: phōꝝ familiaritate delectatus. Periit tandē hic talis & tantus Princeps uentris profluuio in eadem uilla qua & pater ętatis sue Anno. xlii. eoq; loco cum ingenti hominū luctu sepultus.

NERVA.



¶ Nerua senio confectus Impator electus mpauit anno. i. mens' iii. Hic suscepto imperio cū ciaipsius īperii sceptra ex Domitiani tyrannide in tumultu offendisset. Se ęequissimu atq; utilem omnibus prestare conatus est: unde eius opa omnia Domitiani acta ex Senatus decreto abrogata sunt.



¶Traian⁹ cepit regnare anno domini.c urbes trãs Rhenũ in Germania recuperauit. Daciam subegit Immunitates Ciuitatib⁹ inopibus largiens: tributa prouinciis relaxauit. Cũ aliquando pfecturus ad bellũ iam equũ ascẽdisset uidua quedam apprehenso pede illius lugens iusticiã sibi fieri de occisoribus filii sui innocentissimi poscebat. Cuius uerbis motus de equo descendit/ causam examinauit: & condigna satisfactione eam consolatus est. Veritus ne quid detrimenti Ro. imperiũ ex augmento christianę religionis caperet: psecutionẽ in xp̃ianos cõcessit per Pliniũ secundũ mitigatus.

ADRIANVS.



¶Adrian⁹ primo qdẽ christianis aduersatus postea cognita eoꝝ religione in eos admodum benefic⁹ fuit. Plutarchi sexti aliorumq́ phõꝝ doctrina ac familiaritate delectat⁹. Fecit Ro. sui noĩs pontẽ & sepulcrũ: qđ hodie castrũ angeli appellat̃. Magnificus & clemẽs: stultũ gladio in se furẽtẽ me

castrũ Ang.

dicis curandum tradidit: & Egros bis terue in die inuisit. Iudeorum pertinaciã ultima cede pdomuit: & Hierosolimã instaurans xpianis incolẽdã dedit.

ANTONIVS PIVS.



¶ Antonius pius nulli unq̃ acerbus: cũctis benignus. Tributum interdũ ita remisit ut cautionibus incensis: omniũ debita relaxaret. In re militari moderata gloria. Defendere magis ꝓuincias q̃ ampliare studuit. Mallens unũ ciuem seruare q̃ mille hostes occidere. Tãtę iusticię fuit ut multi reges multęq; nationes depositis armis ad eum cõtrouersias suas deferrent: sententięq; eius mox parerent.

ANTONIVS VERVS.



¶ Antonius Verus eiusdẽ animi eiusdẽq; uultus: in quis fortuna semp est habitus. Platonis sententia sepius p eũ repetita. Tum demũ florere Ciuitates si aut philosophi imperarẽt: aut imperãtes philosopharent. Apolloniũ & Sextũ philosophos legẽtes Imperator audiuit. Iturus ad bellũ

(cum nõ haberet unde stipendia militibus prebe‑ret exhausto erario) omnẽ Imperatoriam suppellectilem: omnẽq; ornatum uxoris publice uendidit parta uictoria in omnes de repub· meritos liberalis fuit· Tributa quibusdam prouinciis remisit·

SEVERVS·



¶Seuerus (philosophię admodũ studiosus) fortissime quidẽ rẽpub· sed laboriose gubernauit· Parthos: Arabas & Azabenos supauit· Multa toto urbe Romano reparauit· Huius cũ animo fortuna mutata est· Nã ubi persecutionem in Christianos mouet: cõtinuo uariis periculis distrahitur·

ALEXANDER·



¶Alexander (Vlpiano iurisconsulto usq; assessore) iustitiã ita coluit: ut nemo unq̃ de illata ab eo iniuria questus sit· Turinũ q̃ munera accipiebat q̃ magnę esse auctoritatis apud Impatorẽ uideret: fumo necari iussit: precone clamante· Fumo punit qui fumũ uendidit· Pecunias cõtempsit· gẽmas re‑

Alexander nemo de se conquestus est ... fuit ... uator iustitię

Turinus fumo necatus fuit.

iecit ut res muliebres: dicens in Virgilio plures & meliores gēmas esse. Xersen persarū regem gloriosisime uicit.

GORDIANVS.



Gordianus ad sexagintaduo milia Librorum in Bibliotheca habuisse dicitur. Parthos iam erūpentes ingenti clade supauit. Philippus ei successit: quem primū impantē Christiani habuere: q mysteria adire nunq̄ est ausus nisi cōfessus. Post tertiū uero imperii sui annū/ Millesimus ab urbe cōdita annus impletus est: & magnificis ludis celebratus. Anno a natiuitate domini. CC. xlvii.

AVRELIANVS.



Aurelianus Gotthos apd Danubiū supauit. in Asiā deinde traiciēs Zenobiam que(occiso marito) eriētis tenebat Imperiū uicit Tetrico supato Gallics recepit. Muris ualidioribus & latioribus urbem sepsit. Hic primus apud Ro. dyadema capiti innexuit. Gēmisq3 & aurata omni ueste usus est. Postea mota in Christianos persecutione fulmine tactus/ deinde occiditur.

Aurelianus apud Romanos ... diademe fuit.

PROBVS.



¶ Probus Gallias a Barbaris occupatas ingenti felicitate restituit Saturninũ imperium usurpare conantẽ. In oriente Proculũ & Bonosum apd Agrippinam oppressit. Cum sibi equus uelocissimus presentaretur recusans dixit. Fugitiuo militi non forti hic equus cõuenit. Multa opera militari manu perfecit dicens Annonam gratuitam militẽ comedere non debere.

DE QVINTA ETATE POPVLI RO. SVB IMPERATORIBVS.



¶ Flauius Cõstãtinus magnus Anno dñi.cc.x.regnare cepit. In bellis uictoriosus. In gubernanda repub. prudens. Liberalitate & gratia oĩm beniuolẽtiã sibi cõparauit. Itur⁹ ad bellum nõ alio q̃ Crucis signo usus ẽ. Quod sereno celo dũ in Maxentiũ tyrannũ copias moueret: & uiderat & adorauerat. A Siluestro papa baptizat᷑: & fidẽ edocet᷑ augẽdę xp̃ianę religionis gr̃a tirãnos ubiq; depulit: ydolorꝝ tẽpla clausit basilicas sc̃torꝝ Io. Lateranẽ. Petri & Pauli/ Laurẽtii extra muros. Marcellini & Petri/ sc̃tẽ Crucis/ ac Agnetis Romę extruxit: donisq; plurimis exornauit. Vrbẽ in Bizãtii ruinis de suo noĩe cõdidit: ubi sedẽ Imperii transtulit.

CONSTANS.



¶ Cõstãs catholic⁹ occidẽtẽ regebat. Frãcosq; domuit. Quo tp̃e Arriana heresis inualuit fauente Cõstãtio fratre suo oriẽtem tenẽte. Damna

tus igitur Athanasius alexandrinus eps dū sex Annis Treueri latuisset: dei monitu ad Cōstantis partem confugit qui fratrem Constantium minis certe coegit Athanasiū recipere.

IVLIANVS.



¶ Iulianus liberalib9 disciplinis ac diuinis imbut9. i amicos erat liberalis. puincialib9 iustus. Verū hoc euenit dum fidem negās christianos psequitur In Persas uero proficiscens in reditu suo mala Christianis minatur. Cum autem superatis hostibus in composito agmine uictor rediret apud Tesiphontem diuinitus perfossus Christum blasphemando periit.

IOVIANVS.



¶ Iouianus ab exercitu Impator elect9: nō prius profiteri Impatoris nomen uoluit q̄ omnes conclamarēt se christianos esse quib9 collaudatis: & Imperium sumpsit: & exercitum e manibus Barbaroꝝ liberauit. Mesopotanię parte Sapori regi Persarum

relicta octauo mense odore Prunarum moritur·

ouianus odor prunarum altimos diis claudi suos.

VALENTINIANVS·



¶Valētinianus qui sub Iuliāo maluit tribunatum amittere & exilium perpeti q̄ fidem abnegare: retribuente christo Imperator electus Valentem fratrem in partem imperii accipiens eidē orientem assignat· Precopium apud Constantinopolim res nouas molientem superauit· Saxones ac Burgūdiones uirtute ac rei militaris scientia oppressit·

VALENS·



¶Valens in Arrianā heresim declinans catholicos persequit' & in exilium pellit· Tū post mortem Valentiniani Gotthi sedibus suis pulsi per omnes se Tracias effundunt· Quibus dū Valens ire obuiā cū exercitu parat: reuocatis prius (sed sero) ab exilio Episcopis & monachis: quos etiam militare coegerat· Prelio uictus igni exuritur·

GRATIANVS.



¶ Gratianus adolescens/religione clar⁹ militia strennuus: apud Argentariam opidum Gallię uno prelio ad·xxx· milia Alamanorꝫ fines Romanorꝫ uastantes interfecit· In Italiam deinde rediens pulsa arriana heresi: totam prouinciam ad ueram Christi fidem redegit·

THEODOSIVS.



¶ Theodosius magn⁹ superatis Alanis: Hūnis & Gotthis orientale imperium restituit· Inito cum Athalarico rege Gotthorꝫ fœdere· Quo quidem mortuo omnes eius milites Theodosium secuti: maximum Gratiani interfectorem apud Aquilegiam occidit· aliosqꝫ tyrannos diuersis in locis diuino fretus auxilio mira celeritate oppressit· Cum Mediolani ingredi Ecclesiam uellet mysteria uisurus: ob quoddam facinus prohibitus(ut fieri solet) ab ingressu ecclesię nisi peniteret: ita ęquo animo id tulit: ut ultro ipsi Ambrosio episcopo gratias egerit atqꝫ peni

tuerit·Legem quoq; tulit ut sententię Principũ super animaduersione prolatę in tertiũ diem differentur: quo misericordię uel penitentię loc⁹ daret̃.

❡Post Theodosium res pub·Ro·in preceps ire cepit·Nam Archadius & Honorius adolescentes Patri in Imperio successere·Quorum tempore ingressus in Italiam Radagasius Gotthorꝝ Rex imanissimus ferro & flamma omnia uastabat· Cui successit Alaricus: qui cum in Galliam profectus Pollentiã (concedente Honorio) consedisset· Inde Stilconis ducis factione turbatus/ obmissa Gallia in Stilconem & Romanos arma mouet· Quibus superatis: urbem Romam post longam & grauem obsidionẽ capit·Hac tamen moderatione & clementia usus: ut suis mandauerit a cede & sanguine quoad fieri poterat abstinerẽt·ut ue cõfugientibus ad basilicas Petri & Pauli parceretur· Acta sũt hec anno urbis cõdite·M·c·lxiiii·Salutis uero Christianę·cccc·& xii·

ANDREAS PRAENESTINVS.

Quãuis aruerit: quis diuisa sit ingens
Quercus & in plures secta sit illa comas
Mente tamen poteris penitus cõprehendere lector
Qualis iam fuerit quę modo nulla uiret
Grandia cum patulis ramalia frondibus olim
Extendisset ubi tum decus urbis erat.
In qua Roma suos (uictricia signa) triũphos
Suspendebat ouans clara trophea manu.
Aspice glandiferos foetus ut stẽmate pulchro
Quisq; triũphales ramus obumbret auos.

¶ Quercus Capitolina finit foeliciter / expensisq; Stephani guillireti Lothoringi fideliter Romæ impssa Anno saluti M.d.x. Regnãte diuo Iulio Secundo Pont. Max. Pont. sui Anno Septimo.